

zachowywane. My te rzecz chcemy obwarować i opatrzyć, aby takowym najazdam droga była zamkniona.

[7]. **Artykul rzeczy tych, które koronni posłowie mazowieccy przyjęli.** Item co się tycze innych artykułów przez posłów i woje[wó]dzów inszych, przeto<sup>w</sup>, które też ziemi mazowieckiej dolegają, a są im potrzebne jako ty mianowicie: apelacje od księcia pruskiego do Jego Mości króla a pana zwierzchniego, też artykuł o dostojeństwach i o urzędziech jako mają być rozdawany, konstytucja sejmu piotrkowskiego i koronne prawa o tym mówiące i niniejsza konstytucja sejmowa we wszytkich<sup>x</sup> aprobuje imieniem szlachty braciej swej. Też artykuł o mieszkańach a ludziach prawa chełmskiego, którzy trzymają dziedziczne imię ziemskie. I też ten artykuł o clach wodnych, mostowych, grobelnych i targowych, też artykuł o rozgraniczeniu ziem mazowieckich od Księstwa Pruskiego. Co się też tycze sędziów, podsędziów, sądów<sup>y</sup> swych, aby dosiadali, a o innych, aby nie przekładali, chyba gdzie by się strony zwoliły. Pisarzów, prokuratorów, woźnych, tak w sądziech ziemskich jako grodzkich proszą, aby byli iurati abo przysiężni i przy sądziech aby byli obecni, a pisarze, aby sami przez sie i przez przysięgle podpiski rzeczy sprawowali i zapisy zapisowali. Też co się tycze ukrócenia sprawiedliwości jako in accessoriis każdego sądu przykładania rozmyślania sądowego, formuł ku zapisowi i inszych wszytkich rzeczy, które ku wyprawieniu rychlejszemu sądów woje[wó]dzów ziem inszych przyjali we wszytkich<sup>aa</sup>-inszych rzeczach całość prawa mazowieckiego zachowując okrom tych rzeczy wyżej mianowanych<sup>aa</sup> pokornymi prośbami nas prosili ci to posłowie, aby chom ziemie<sup>ab</sup> mazowiecką przy tym zachowali. My przeto żądanie i prośby ich widząc słusne i Rzeczypospolitej pożyteczne, wyżej mianowanych i opisanych w rzeczach i kondycjach przy konstytucji sejmowej koronnej ony zachowywamy.

[8]. **Artykul o duchownym sądzie.** Item co się tycze artykułów sądowi duchownemu przysłusznych, te też wszytkie<sup>ac</sup> konstytucją posłowie ziem mazowieckich prosili, aby była ekstendowana między innemi<sup>ad</sup> a między duchownimi w ziemiach mazowieckich będącemi. My tenże artykuł o sądziech duchownych ekstendujemy do ziem mazowieckich.

[9]. **Artykul o kortyzanach.** Item posłowie ziem mazowieckich pilnie nas prosili, abyśmy konstytucje sejmowe i statuty<sup>ae</sup> koronne około egzekucji przeciwko kortyzanom w egzekucją włożyli i ty kauzy, które się na ten sjem z pozow przytoczyli, aby były skończone, a egzekucją swą aby wzęły. My ty kauzy tu na sjem, które przyszły, chcemy skończyć i sprawiedliwość wszytkę z tymi kortyzanami uczynić, osobom tym, które się mieniają od nich krzywdy mieć.

### III. <sup>a-</sup>LITTERAE UNIVERSALES PUBLICARUM CONTRIBUTIONUM IN CONVENTUS SUPER DECRETARUM<sup>-a</sup>

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae, <sup>b-</sup>magnus dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae etc. dominus et heres<sup>b</sup>. Universis et singulis ecclesiasticis et sacerdotalibus regni nostri senatoribus et consiliariis ceterisque subditis nostris quibuscumque, tam terrestribus quam civitatum et oppidorum honoribus insignitis, ad quorum notitiam haec nostra pervenerint litterae et praesertim in palatinatu<sup>c</sup> et districtibus eius consistentibus, sincere nobis et fidelibus dilectis, gratiam nostram regiam. Reverendissimi et reverendi in Christo patres, magnifici, generosi, nobiles, famati et providi, sincere nobis et fideles dilecti. Cum ita rebus postulantibus comitia Cracoviae edixissemus, non alia de re cura nobis et solicitude fuit maior, quam ut pro officio nostro regio providere possemus, ne quid res publicae regni nostri detrimenti acciperet ab his hostibus, qui ei

<sup>w</sup> przyjęte W. <sup>x</sup> wszystkiem W. <sup>y</sup> i sądów W. <sup>z</sup> Brak w W. <sup>aa-aa</sup> Brak w W. <sup>ab</sup> ziemią W. <sup>ac</sup> wszytka W. <sup>ad</sup> niemi W.  
<sup>ac</sup> W W. powtórzone mylnie: i statuty.

<sup>a-a</sup> W MK<sub>2</sub> tytuł brzmi: Litterae universales publicarum contributionum in conventione Cracoviensi generali pro anno Domini M.D.XLIII decretarum. W MRPS, cz. IV, vol. 3, nr 21062, s. 195: Litterae universales super contributionibus publicis pro conscribendo exercitu, in conventione generali Cracoviensi decretis. <sup>b-b</sup> etc. MK<sub>2</sub>. <sup>c</sup> W MK<sub>1</sub> i MK<sub>2</sub> następuje okienko.

imminent, qui nisi conscripto exercitu arceri non posse videntur, ad exercitum autem conscribendum, quoniam peccunia cum primis opus est contribuendo illius, una cum senatoribus regni nostri et consiliariis ac terrarum nuntiis unanimi omnium consensu et voto rationes has constituimus.

[1]. Inprimis, ex singulis mansis seu laneis agrorum, quos singuli kmethones seu incolae villarum, tam nostrarum quam omnium spiritualium quam<sup>d</sup> saecularium subditorum nostrorum, colunt et possident, decem grossos universis<sup>e</sup> et usualis monetae, secundum antiquas quietantias, ad unam ratam infrascriptam, hoc est ad festum Nativitatis Gloriosissime Virginis Mariae [8 IX 1543] sub poena dupli contribuent. Per capitaneos locorum a quolibet ipsam contributionem pro rata super expressa solvere negligente irremissibiliter exigenda et rei publicae usui applicanda. Ea tamen contributio seu solutio a nobis et primis consiliariis nostris et ordinibus regni nostri spiritualibus et saecularibus fieri et incipi debet, incipiendo videlicet solutionem a festo sancti Bartholomei Apostoli [24 VIII 1543] et illam ad festum Nativitatis Virginis Mariae inclusive [8 IX 1543] terminando et faciendo.

[2]. Item sculteti et advocati villarum, liberi non habentes, census duntaxat laneos colentes, solvent de suis laneis per decem grossos. Advocati vero kmethones seu colonos habentes item<sup>g</sup>, ut aliorum dominiorum coloni, de quolibet laneo decem grossos pro rata superius expressa sub poena dupli contribuent. Quia vero nonnulli advocati et sculteti et nobiles pauperes, ut colludant, cum exactoribus nostris et reipublicae onera evitent collocare, solent kmethones in parte agrorum advocatiae suaee aut bonorum suorum etiam minori uno laneo, ut ab eis solum modo contributio exigatur et ipsi soli ab eiusmodi exactione sint liberi. Tales poenis nostris subiacebunt, quos exactores diligenter annotabunt.

[3]. Item nobiles pauperes, colonos et census non habentes, de laneo culto pro eadem rata sex grossos sub poena dupli contribuent. Qui autem ita rebelles et obstinati fuerint, ut nullos contributiones superiori tempore de bonis suis solverint, neque antiquas quietationibus se tueri voluerint, talis secundum possessionem dare et solvere eandem contributionem<sup>h</sup> modernam omnino teneantur. Praesertim cum neminem propter necessitatem reipublicae exemptam<sup>i</sup> ab eis esse volumus non obstante quavis consuetudine seu potius abusu contrario. Ubi vero duo, tres vel quattuor nobiles pauperes unum laneum colunt, solvent omnes de huiusmodi laneo per sex grossos alias quisque eorum solvet, secundum quantitatem agri et portionis lanei, pro rata supra expressa.

[4]. Item civitates et oppida, tam nostra regia quam subditorum nostrorum saecularium et spiritualium, in toto regno nostro exactionem civilem quam *schos* vocant unam duntaxat integrum, iuxta antiquas quietantias, solvent et contribuent, quae quidem exactio solvi debet sub poena dupli pro una rata superius nominata, incipiendo eandem solutionem a festo sancti Bartholomei Apostoli et eam terminando usque ad festum Nativitatis Gloriosissima Virginis Mariae.

[5]. Item villae vastatae, exustae, aqua inundatae, noviter locatae et libertatem habentes, quae non solvent censem dominis suis, sive earum incolae, sint et esse debent a solutione contributionum in praesenti conventu constitutarum durante libertate eis concessa. Ita tamen vastationis<sup>j</sup>, exustionis, gravis et damnose inundationis probatio fiat per iuramenta corporalia ville illius seniorem et fidei dignorum hominum, quae superius expressorum detimenti passa dicetur. Tum demum illis, qui in villa damnum sunt passi, contributio remittatur. Praeter tamen villas et oppida, quae ab exactionibus publicis immunitatem sibi arrogant, inique et praeter necessitatem eas enim villas et oppida ad communia communiter ferenda onera volumus ab exactoribus et praefatis locorum more consueto cogi et si quorum praeteritorum annorum publicam contributionem non solverint ad eam solvendam quaecunque retenta est, inique et praeter legitimam immunitatem, ut pignorationibus adigantur, decernimus et mandamus. Praeterea etiam, id de villis fieri volumus, quae in regno universo et praesertim in Maiori Polonia a solvenda contributione se subtrahebant.

[6]. Item contributio cerevisiae, vini, medonis, malmaticiae, muscatelle *czopowe* dicta in omnibus civitatibus et oppidis ac tabernis villarum tam nostris, quam subditorum nostrorum spiritualium et saecularium, incipiendo a festo Pentecosten proximo [13 V 1543] ad integrum annum, a singulis cerevisiae coctoribus et reliquorum liquorum propinatoribus more solito, hoc est

<sup>d</sup> et MK<sub>2</sub>. <sup>e</sup> communis MK<sub>2</sub>. <sup>f</sup> Gloriosissime MK<sub>2</sub>. <sup>g</sup> ita MK<sub>2</sub>. <sup>h</sup> W MK<sub>1</sub> następuje skreślone przez pisarza: propter necessitatem Reipublicae exemptam. <sup>i</sup> exemptum MK<sub>2</sub>. <sup>j</sup> ut vastationis MK<sub>2</sub>.

iuxta continentiam litterarum universalium super contributionem ducillorum editorum solvi debet ex quibuscumque braseis fuerit cocta cerevisia, sive brasea ipsa sint civium sive dominiorum sive ex molendinis provenientia et emensurata, sive etiam domi facta.

[7]. Item etiam a cerevisia, quam domini et nobiles ex braseis suis coquunt seu braxant et illam dant ad propinandum suis tabernatoribus, ac etiam de cerevisia externa et Swidnicensi, Thesinensi, Bernouensi et alia quecumque contributio ipsa *czopowe* solvatur iuxta tenorem litterarum universalium praedictarum.

[8]. Item tabernatores hereditarii, qui vinctiam propinan cerevisiam, per sex grossos a propinatione ad ratam praedictam sub poena dupli solvent, si agros non habent. Illi vero, qui agros habent, solvent seorsum ex agris suis contributionem per decem grossos ad ratam supradictam, prout et reliqui coloni, iuxta exigentiam et quantitatem agrorum quos possident, a coctura autem cerevisiae domestica iuxta exigentiam et quantitatem contributionis *czopowe* exsolvent. Manuales vero tabernatores sex grossos hoc anno ad ratam suprascriptam sub poena dupli solvent.

[9]. Molendina vero ventilia<sup>k</sup> hereditaria duodecim grossos. Illa vero molendina ventilia, quae anniversarios molendinatores, sex grossos pro rata praedicta sub poena dupli solvent. Et similiter molendina, quorum tertias mensuras tenutarii bonorum nostrorum regalium exemerunt et illas a se emptas in summis peccuniarum obligatas tenent ad usum et utilitatem suam, solvent contributionem, quae *schos* dicitur, unam integrum sicut reliqua omnia molendina in regno nostro, seu illorum molendinatores eam solvere consueverunt, contraria consuetudine, quae corruptela potius dici debet, penitur non obstante. Quorum autem molendinorum nostrorum de mandato nostro et pecuniis nostris tertiam mensuram redemerunt ad nostram utilitatem illa nihil solvere debent.

[10]. Molendina vero aquatica villarum tam nostrarum quam subditorum nostrorum spiritualium et saecularium, quae *poszrebne*<sup>l</sup> vocantur, manuales seu anniversarios molendinatores habentia, ex singulis rotis sex grossos. Hereditarii vero molendinatores dictarum villarum et *folusche* ex singulis rotis molendinorum suorum, quae *valne*<sup>m</sup> dicuntur, unum fertonem ad ratam supradictam sub poena dupli persolvent.

[11]. Item molendina brasealia et hereditaria aquatica et equestria in omnibus civitatibus et oppidis more veteri taxata et secundum antiquas quietantias contributionem quae *schos* dicitur unam integrum persolvent pro rata supra expressa.

[12]. Minerariae officinae alias ferrum facientes et hereditariae serrae ex singulis rotis per fertonem, annuales vero officinae minerariae et similiter annuales serrae, hoc est locatae seu conductitiae, a qualibet rota sex grossos anno hoc pro rata supradicta sub poena dupli persolvant.

[13]. Item sacerdotes Rutheni, qui popones dicuntur, ex singulis ecclesiis<sup>n</sup> unum florenum grossorum. Propopones vero alias *namiestniczi*<sup>o</sup> per unam sexagenam in moneta, et similiter popones armeni pro integro anno sub poena dupli solvent.

[14]. Item Valachi ex singulis laneis integris, si illos habent, vel arcis quae *dworziszca*<sup>p</sup> dicuntur, duodecim grossos solvent, secundum antiquas quietantias, et qui agros non habent a singulo centanario ovium similiter duodecim grossos solvent pro rata superius expressa sub poena dupli.

[15]. Ut autem supradicta ordinatio in exigendis contributionibus facta debitae executioni demandetur in palatinatu<sup>q</sup> et districtibus eius, exactorem infrascriptum videlicet generosum<sup>r</sup> de consilio universi senatus et nuntiorum terrestrium designavimus et constitutimus hisce litteris nostris.

[16]. Quia vero nonnullae civitates et oppida, tam nostra regia quam subditorum nostrorum spiritualium et saecularium, eam sibi vitandae iuste contributionis *czopowe* excogitaverunt viam, ut a nobis impetrarent, quo sibi liceret, certa summa peccuniae eandem contributionem integre anni redimere, propter ea, nos reipublicae commodare volentes et postulationi nuntiorum terrestrium annuentes statuimus, ut eam ipsam contributionem *czopowe* non secundum impetrations

<sup>k</sup> ventilia MK<sub>1</sub>. <sup>l</sup> pozrzbne MK<sub>2</sub>. <sup>m</sup> walne MK<sub>2</sub>. <sup>n</sup> W MK<sub>1</sub> następuje: et singulis. <sup>o</sup> namiessniczy MK<sub>2</sub>. <sup>p</sup> dworisczca MK<sub>2</sub>.

<sup>q</sup> W MK<sub>1</sub> i MK<sub>2</sub> następuje okienko. <sup>r</sup> W MK<sub>1</sub> i MK<sub>2</sub> pozostawiono okienko.

rationes suas et concessionem nostram, sed integre quemadmodum et quemadmodum ex dictis civitatibus et oppidis provenire solet, hoc anno ad necessitatem reipublicae exsolvant.

[17]. Quare vobis omnibus et singulis suprascriptis mandamus, ut pro tempore seu rata superius expressa in manus praefati exactoris nostri easdem contributiones secundum quod ad unumquemque pertinet modo praemissos exsolvere curetis. Vos vero exactores diligenter et fideliter illas colligatis et pro rata superius designata colligere non negligatis. Eos vero, qui in solvendo negligentes fuerint, locorum capitaneis deferatis. Vobis etiam capitaneis, quorum interest, mandamus, ut easdem contributiones superius expressas in locis civitatibus et oppidis capitaneatus vestri proclamari et publicari faciat et ad manus praefati exactoris pro rata superius expressa sub poenis ad hoc constitutis exsolvi, ad necessitatem reipublicae nostro nomine mandatis absque cuiusvis morae et dilationis interventu. Negligentes autem in solvendo et contumaces per pignorationes et alias poenas solitas ad solvendum easdem contributiones cogatis et compellatis sub poena centum marcarum pecuniae, quam capitanei negligentes executionem et pignorationes exsolvere in conventu generali proxime celebrando tenebuntur et quisque eorum tenebitur postquam delatus et convictus fuerit. Si vero contigerit quod exactor aliquam villam iniuste quasi contributionem non exsolvisset detulerit et capitaneus ad pignorationem mittendis quietationem apud eosdem colonos invenerit, extunc talis exactor poenam quattuordecim marcarum propterea succumbet. Quae capitaneo, quem frusta fatigavit, cedere debebit, pro qua poena exactor citatus coram nobis vel iudicio terrestri respondere et satisfacere tenebitur.

[18]. Ne autem aliquis error in quietationibus exhibendis statuimus quod exactores in quietationibus diem, mensem et annum pro contributionem accepit diligenter annotent et in regestra sua referant, similiter etiam diem, qua negligentes et non solventes illas capitaneo detulit, in regestrum suum diligenter annotet, ne aliquis error et implicatio rerum accedere possit. Quietations vero alias non debent exactores dispergere sive lacerare vel ipsas ad se recipere, sed eas rursus iis, quis eas attulerunt restituere. Pro officio et debito suo, pro que gratia nostra aliter non facturi.

Datum Cracoviae in comitiis generalibus feria quinta ante dominicam Iubilate, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tertio [12 IV 1543], regni nostri anno<sup>s</sup> XXXVII<sup>o</sup>. Ad mandatum Regiae<sup>t</sup> Maiestatis proprium.

#### IV. <sup>a</sup>LITTERAE UNIVERSALES CONTRIBUTIONIS DUCILLORUM<sup>a</sup>

Sigismundus etc. Universis et singulis ecclesiasticis et saecularibus regni nostri senatoribus et consiliariis ceterisque subditis notris quibuscumque tam terrestribus quam civitatum et oppidorum honoribus<sup>b</sup> insignitis, ad quorum notitiam hae nostrae pervenerint litterae et praesertim palatinatu<sup>c</sup> et districtibus eius consistentibus, sincere nobis et fidibus dilectis, gratiam nostram regiam. Reverendissimi et reverendi in Christo patres, magnifici, generosi<sup>d</sup>, nobiles, famati et providi, sincere nobis et fideles dilecti. Noveritis communi omnium consensu, tam spiritualium quam saecularium consiliariorum nostrorum et nuntiorum terrestrium in conventu generali Cracoviensi congregatorum, voto et concordi voluntate, exactionem ducillorum quae *czopowe* dicitur, multis et arduis necessitatibus reipublicae ita exigente decretam esse, quae inchoari debet a festo Pentecosten proximo [25 III 1543] et continuari per integrum annum ad aliud festum Pentecosten anni millesimi quingentesimi quadragesimi quarti [13 IV 1544]. Exigetur autem et exigi ac exsolvi debet eadem ipsa contributio ducillorum secundum antiquam consuetudinem modo videlicet infrascripto.

[1]. Ut quilibet cerevisiam coquens venalem ex quibuscumque braseis fuerit eadem ipsa

<sup>s</sup> Brak MK<sub>2</sub>. <sup>t</sup> Sacrae Regiae MK<sub>2</sub>.

<sup>a-a</sup> Tytuł ten pochodzi z MK<sub>2</sub>, brak natomiast tytułu w MK<sub>1</sub>. WMRPS, cz. IV, vol. 3, nr 21063, s. 195 występuje tytuł: Litterae universales de modo, quo exigenda et contributio ducillorum in conventione regni praesenti laudata.

<sup>b</sup> honoribus et officiis MK<sub>2</sub>. <sup>c</sup> Następuje okienko w MK<sub>1</sub> i MK<sub>2</sub>. <sup>d</sup> generosi et MK<sub>2</sub>.